

Johann Quistorp

**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S. S. Theologiae Doctor,  
Professor & Ecclesiastes Ad Exequias, quas Nobili Puello Filio suo  
Desideratissimo Johanni Alberto von Moltcken parentes moestissimi curatas  
cupiunt. Omnes omnium ordinum Academiae Cives ... invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770663141>

Druck Freier  Zugang




Quistorp, J. ,  
in  
**J. A. v. Moltke.**

Rostock, 1631.

//
















14  
RECTOR  
Academiae Rostochiensis  
JOHANNES QUISTORPIUS  
S. S. Theologiae Doctor, Professor  
& Ecclesiastes

*Ad  
Exequias,  
quas*


Nobili Puello

*Filio suo Desideratissimo*

JOHANNI AL-  
BERTO von Moltken

parentes maestissimi  
*curatas capiunt.*

Omnes omnium ordinum Academiae  
Cives, ut in templo Mariano ad mediam horam  
primam convenient amicis  
invitat.



ROSTOCHI  
Typis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.  
ANNO M. DC. XXXI.




RECTOR  
Academice Rostochensis  
JOHANNES CHRISTOPHUS  
S. Theologie Doctor, Professor  
& Facultatis

Nobili Puella

JOHANNI ALBERTO  
BERTO von ...  
patris ...







RECTOR

Academiae Rostochiensis

JOHANNES QUISTORPIUS,  
S. S. Theologiae Doctor, Professor,  
& Ecclesiastes.



Serium ac vehementem esse parentum erga Sobolem suam amorem, quamvis ita evidens sit, ut solis radijs scriptum videatur: si quis tamen in dubium vocare velit ejus excellentiam, vel hæc chori Atticarum mulierum, apud Euripidem pro Creusa regina supplicantium, verba consideret.

ἐμοὶ μὲν πλεῖστα το πάρος

βασιλικῶν θαλάμων ἦσαν

τροφῶι κηδεῖσι κροθῶν τέκνων.

τὸν ἀπαιδα δ' ἀπεργῶ

βίον. ὧ τὰ δοκεῖ, φέγω

A 2

μετὰ



μετὰ δὲ κλειάνων μετρίων βιοτῶς.

εὐπαιδὸς ἀχαιῶν.

Mihi quidem & divitijs & regijs thalamis:  
potiora sunt, nutrire ex se natos non degene-  
res liberos. Carentem enim liberis abominor  
vitam: & cui probatur, vitupero; facultates  
mediores possidens, si liberos habeam, ad vitam  
necessaria consequar. Idem hic in liberos a-  
mor, apud eundem Poëtam, Hecubæ, pro filia  
Polyxena supplicanti has, expressit voces.

τῶν δ' ἐμῶν παίδων Φυγῶς.

Φυχῆς ἀν' ἀλλοδαί μεθ' ἑ χρυσῆ μοίον.

meorum liberorum exilium vita, utiq; permu-  
tarem, non auro tantum. Et quid ni homines:  
ex se natos amarent, quum ipsis bestijs, feritate  
in signibus natura hunc affectum ingenerarit,  
ut catulorum & pullorum suorum causa, se, vi-  
tamq; suam, certissimo exponant periculo.  
Quod cum ita sit, nulli dubitare possumus,  
quin Nobilissimi parentes, Dn. BALTHA-  
SAR von Moltken / Illustrissimi Magapolitani  
Fridlandiæ & Saganæ &c. Principis, Domini  
nostri Clementissimi Consilarius, ejusq; Con-  
jux, LUCIA von Meltzing / fœmina à pie-  
tate, generis nobilitate, & illis quæ muliebrem  
sexum exornant virtutibus commendatissima,  
vehe-



vehementissimo in luctu versentur, dum filio quem habuerunt unico JOHANNE ALBERTO, eos mors ante octiduum, 28. die Martij privavit. Qui dolor tanto major est, quanto majorem de filio suo spem conceperant, fore ut majorum suorum feliciter premeret vestigia, & in generis ornamentum, ac decus succresceret. Quid enim aliud sibi de illo promitterent, quem infantem admodum, tres annos, ac totidem menses natum, non dubia frugis expectandæ edere indicia cernebant? Quem infantili linguâ, preces, quas præeuntibus parentibus & nutritijs didicerat, facili- mentem, pietatem spirare audiebant? Quem ingenio præcociore, ætatem superare notabant? in quo cum naturæ bonitate, concinnitas morum, quanta quidem in eam ætatem cadit, certabat? Spes hinc concepta decollavit, dum hunc tenellum adhuc surculum, quem longè lateq; se explicaturum augurabantur, de quo fructus sibi largissimos promittebant, expectatione citius mortis falce resectum, emarcuisse vident. At quid agetis mœstissimi parentes? modum vos luctui statuere Christiana jubet pietas. Docet hæc Vos, Jehovahæ imperatoris nostri summi arbitrio vitæ nos hujus mili-  
A 3) tiam



tiā ingredi, & ad ejuſdem placitum, ſtatio-  
nem deferere; docet vos eadem, cum corpore  
totum hominem non perire; & poſt cinerem,  
& favillas, corpus olim redivivum cum anima  
conjungendum, & æterna cœleſtiq; vita do-  
nandum. Docet hæc, inquam, Vos Chriſtiana  
pietas, ſimulq; ne dilectiſſimi filioli mortem  
immodicè deploretis exigat. Ethnicos non nul-  
los, qui nihil horum ſciebant, magno animo,  
ſuorum funera tuliffe, literarum monumenta  
teſtantur. Ex quibus Anaxagoram, Xenophon-  
tem, Tiberium, & alios, fortioris ſexus, ſi place-  
ret, producere, & vix leviter ſuper ſuorum li-  
berorum ſibi cariffimorum obitu turbatos eſſe,  
oſtendere poſſem. Maſcula certè vox fuit Cor-  
neliæ Grachorum matris, quæ cum poſt exſtin-  
ctos decem filios, Tiberium quoq; & Cajum  
ſummæ indolis juvenes occiſos, & inſepultos  
videret, ſlentibus interdixit, ne fortunam ac-  
cuſarent, quæ Grachos ſibi filios dediſſet, nun-  
quam non felicem ſe fore quæ Grachos pepe-  
riſſet. Si Ethnica hæc mulier, ea ſaltem de cau-  
ſa, fortunam incuſandam veruit, quod ejus be-  
neſicio acceperat, quos amiſerat: Indignum  
ſanè Chriſtiano erit, mœrori ſuccumbere, qui  
ſciat non ſolum Deum, liberos quos dedit, re-  
petere,



petere, sed & quos reperit, aliquando redditu-  
rum. In hujus voluntate mœstissimi parentes  
acquiescere: Et vos qui juxta cum illis, puel-  
lum hunc mellitissimum exstinctum lugetis.  
Tu Ave paterne, Vir generose & Nobilissime  
Dn. **GEB HARDE von Moleken** / inter No-  
biles megapolitanos præcipue, & senatorum  
provinciae caput. Tu **ANNA von Rotermund**  
nobilium matronarum decus, affectu avia, quæ  
non secus ac ex te natum, Denatum hunc ama-  
bas, quid agetis, an supra modum ex oculis sub-  
latum lugebitis? Spondet aliud vestra in supe-  
randis adversis ante probata constantia, Dei  
voluntati, quæ non nisi bona esse potest, Vos  
submittetis. Vivit jam hic nepos vester eo loci,  
ubi litui, tympana, bombardæ eum non tur-  
bant, eò delatus est, unde eum Martia vis nulla  
exiget. Convivir Majoribus suis ad gaudia in-  
terrupta præmissis: Nobilissimis ac strenuis  
viris, avo materno **JUSTO von Melkinge/in**  
**Hollenstede** olim hæditario. Proavo paterno  
**BALTHASARO von Moleke in Wesseldorff** Do-  
mino, proavo materno **HINRICO von Mele-**  
**zinge** Brunsvicensis ac Lunæburgensis ditio-  
num, quodam provinciali senatori spectatissi-  
mo, & Capitaneo **in Bodendick**. Avia paternæ  
**ANNÆ von Walsleben** natæ ex **OTTONE**  
von




von Walslebē/in Baschemühlen/Linstow & Ha-  
gen/dum in his terris ageret, hæreditario. Avia  
maternæ HYPOLLITÆ von Heimbrock filia,  
Dni. GEORGIJ von Heimbrock Brunswicen-  
sis & Lunæburgensis Ducatum senatori gra-  
vissimo, & Zellæ prætori summo. Proavia pa-  
ternæ ANNÆ von Behren, proavia maternæ  
GERTRUDI von Bergen. Convivivir in-  
quam his, & cœlitum choro mistus, humana ex  
alto despicit. Non illum imbecillitas corporis,  
quæ per omnem pene vitam in his terris actam  
fatigavit, amplius premit; non febris tertiana,  
quæ per quinque septimanas lecto eum affixit, &  
vita exuit, amplius cruciat. Ab his, & quæ hæc  
vita, non vita, secum fert, eum circa sextam ve-  
spertinam vigesimo octavo Martij die, liberari  
vidistis, quando vitam cum morte, vel ut Chri-  
stianè loquar, mortem cum vita permutavit.  
Cum vero Exuvia corporis hodiè media prima  
pomeridiana terræ commendari debeant, No-  
strum erit *Cives Academia* eo nomine in tem-  
plo Mariano convenire, & frequenti nostrâ  
præsentiâ, parentum & agnatorum, quantum  
in nobis est, mœrorem lenire. Quod ut ab o-  
mnibus & singulis, docentibus & discipulis  
fiat, amicè eos rogo & hortor. P. P. Rostochij  
quinto die Aprilis Anno 1631.






















vehementissimo in luctu versentur  
 quem habuerunt unico JOHANNES  
 BERTO, eos mors ante octiduum  
 Martij privavit. Qui dolor tantum  
 quanto majorem de filio suo spe-  
 rant, fore ut majorum suorum felici-  
 ret vestigia, & in generis ornamen-  
 tus succresceret. Quid enim alium  
 promitterent, quem infantem ad  
 annos, ac totidem menses natum  
 frugis expectandæ edere indicia  
 Quem infantili linguâ, preces, qua  
 b9 parentibus & nutritijs didicerat, fa-  
 dentem, pietatem spirare audiebant  
 genio præcociore, ætatem superare  
 in quo cum naturæ bonitate, concu-  
 rum, quanta quidem in eam ætatem  
 tabat? Spes hinc concepta decollavit  
 hunc tenellum adhuc surculum, qui  
 lateq; se explicaturum augurabant  
 fructus sibi largissimos promitteba-  
 ctatione citius mortis falce resectur  
 isse vident. At quid ageris mœstis-  
 res? modum vos luctui statuere Chri-  
 bet pietas. Docet hæc Vos, Jehova  
 ris nostri summi arbitrio vitæ nos

